

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

CVIII. An veritas interdum sit dißimulanda? An oratio interdum
accommodanda fit ad fenus voluntatesque audientium, non ad
veritatem normam?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

rejectum, 1. Samuel. 15. vers. 18. & sequent. Da-
videm, quod filio parricidae pepercisset, re-
gno propemodum excidisse, 2. Samuel. 15. &
cap. leq. *Clausula.* Ex his apparet, non recte
passim hodie magistratus maximè superiores
sibi vendicare potestatem concedendi impu-
nitatem criminum etiam graviorum, ob in-
tercessionem seu deprecationem puellæ, ma-
lefici matrimonium petentis, ob pompa
nuptialem, & maximè novi principis inaugu-
rationem: Unde judicium quoq; fiat de eo,
quod quidam principes Christiani in hebdo-
mada sancta, quam vocant, aperiunt carceres,
& fontes impunè dimittunt: Quod etsi excu-
fare aliqui conentur exemplo Romanorum,
qui in paschate hominem aliquem damna-
tum Judæis dimiserunt; nihil tamen eis hoc
patrocinatur. Deus enim nusquam jussit, ut
in sanctissimo aliquo die festo aliquis noxius
dimitteretur. Romani autem hoc pacto Ju-
dæis ad blandiebantur, ut eandem servitutem
facilius tolérarent, teste Martyre Clas. 4. com.
locorum, pag. 923.

P R O B L E M A C V I I I .

An veritas interdum sit disimulanda? An oratio in-
terdum accommodanda sit ad sensus voluntatis -
que audientium, non ad veritatis normam?

R esp. divisione sententia.

N O R

NON dubitandum est, Consiliarios & O-
ratores, qui ~~τεῖχος~~ χάριν, id est, ad gratiam
 Principum viorum vel populi consilia
 & verba inflectunt, pestes esse Rerum publi-
carum. Videntis, inquit Demosthenes in O-
 lynthiaca, ex eo, quod nonnulli conciones
 habeant ad gratiam, res nostras prolapsas esse
 in omnem calamitatem. Nec tamen desunt
 qui ajant, sapientis virtutis esse veritatem dissimulare nonunquam. Tempori, inquiunt, in-
 servire semper sapientis est habitum: Thucy-
 didea & Ciceroniana sententia. Jam sèpè e-
 jusmodi sunt tempora, ut libertas dicenda
 sententiæ, & veritas locum non habeat, gra-
 tiam non inveniat. Ergo pro alia atque alia
 temporis circumstantia veritas dissimulanda
 est. Verum ad propositionem hic existimo re-
 spondendum: Dicatum illud non excludere
 honestatem, sed docere sèpè pro alia atq; alia
 temporis circumstantia aliud magis conveni-
 re & expedire. Sèpè tempora hujusmodi se-
 dant seu offerunt, ut pro eorum ~~rebus~~ Ca-
 sententiæ etiam sint variandæ. Aliud enim alias
 dies quasi postulat. Interim oratio λέγεται
 veritati nisi debet. Assumptio habet sententiam
 facti, non juris, quia non tam virtutis salus ac in-
 columitas verè sapienti cara est, quam verita-
 tis libertas. Ergo, inquis, veritas etiam cum
 periculo dicenda est? Resp. Est, sed tempesti-
 Hh s y: sed

Objectio.

Solutio.

